

Landesbibliothek Oldenburg

Digitalisierung von Drucken

Ionae Versiones, Polonica Et Bohemica

Apvd Protestantas Hodie Receptas, Praemissa Notitia Versionis Vtrivsqve,
Cvm Originali Textv Hebraeo Collatae : Dissertatio Historico-Critico-Sacra

...

Ad Diem XII. Nov. Ann. MDCCLIX. ... Examinandam Commilitonibvs Tradit

Carpow, Paul Theodor Carpow, Paul Theodor

Rostochii, [MDCCLIX.]

VD18 90522079

Ad Vers. 14.

urn:nbn:de:gbv:45:1-10388



heit mich ernähren) mag (vel potius vermag five fan, juxta Interpretem Syrum aliosque, quin & Textum Græcum ipsum, quippe habentem *אני*) ich nicht! Illustrationi hujus & simul etiam exemplo esse potest illud ex *Tit. Talmudico* PIRKEABHOTH C. IV. §. 5, quo prohibetur, scientia legis divinæ uti tanquam instrumento panis lucrandi, verbis: *ולא קרדם לחפר בה* h. e. *neque* (facias ex ea) *securim*, ad FODIENDUM ea! *Securi* enim non foditur proprie, sed *laboratur* tamen, pro acquirendo victu & amictu. Hoc sensu verba reddiderunt ista ipsimet Judæi Germanice ita: *unt solst sie a h nit machen as ein helz aßst, daß du dich der son der nären und essen wolst!* eandemque interpretationem firmat, inter reliqua, varians etiam hic occurrens Lectio, quippe pro *לחפר בה* ad *fodiendum eâ*, habens *לכל ממנה* ad *comedendum* (nutriendum te) ex ea. Conf MAJEMONIDES & OBADIAS DE BARTENORA ad h. l et *Seder Tphilloth* s. *Liturgia* ex ritu *Judaorum Germanorum* edit, *Amstelodamens.* 1737. 8v. fol. 153. p. 1.

Ad Verf. 14.

אנא יהוה אל נא—נאברה POLONI: O PANIE, *prosimy*, abyłmy nie zgynely, h. e.: O DOMINE, *quesumus*, ut ne pereamus! BOHEMI: *prosymec*, O HOSPODINE, *abychom* ne zahyneli, h. e: *quesumus* te, O DOMINE &c.

Laudem merentur hic utrique, quod adfectus plenissimam particulam *אנא* & *נא*, a supplicantibus jam Jonæ Deo, τῶ JHOHAH, nautis inter fervidissima suspiria repetitam, attendentes probe pro virili studuerint exprimere, illam nimirum per O! hanc vero per *quesumus!* *Vulgatus* enim *Interpres Latinus* aliique plurimi, ad repetitionem emphaticam istam haud atrenti, priorem tantum reddidisse fuerunt contenti. Atque hoc ipso defectu laborat *Germanica* nostra B. LUTHERI, facillime supplenda addita unica vocula *doch*, hoc modo; *Ach HERR, laß uns doch nicht verderben!*

בנפשי) Varie admodum reddi solet: *in anima, cum anima, pro anima, ob animam, ob vitam, ob necem, ob personam* &c, POLONI vertunt



vertunt *dla smierci* & ita quoque BOHEMI *pro smrt*, h. e. *ob mortem* s. *necem*,

Ad Vers. 15.

וַיִּזְבַּח (וַיִּזְבַּח) Contextum, uti alias ut plurimum, ita nominatim etiam qua generalem in lingua originali connexivam particulam præfixam וַיִּ per vernaculam quandam specialiozem vertendam, considerantes diligenter, hic reddunt eam POLONI per *za tym*, h. e. *post hæc* s. *his præmissis*, Nach diesem i. Hierauff nahmen sie (endlich) den Zonæ &c. Consimiliter etiam BOHEMI per *Tedy*, h. e. *Tunc*, *Alsden* &c.

Ad Vers. 16.

CAPITIS Imi ultimum.

וַיִּזְבַּח (וַיִּזְבַּח) Vertunt POLONI: *i ofiarowaly ofiaræ*, & BOHEMI: *a obetowaly obet*, h. e. *offerebant oblationem*, vel si mavis: *sacrificabant sacrificium*. Quicquid verò hujus sit, in ea tamen eos patet fuisse sententia, peracta, hæc fuisse realiter, vere, illico in navi ipsa. Dubiola a Commentatoribus quibusdam in contrarium mota, nullius prorsus, re omni considerata intimius, deprehenduntur esse momenti; nihilque adeo urget, pro interpretando hocce Jonæ loco confugere ad Canonem illum: *Verba, que actionem significare videntur soepe, de nuda voluntate & proposito sunt explicanda!*

L. S. D.

